



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Callistratvs M. 27. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. CALLISTRATVS M. 27. Septembris.

**S**pectavit CALLISTRATVS Carthaginensis miles in suo patientem Christum. Inde est, quod magna pati Christianum & ipse duxerit. Christianum verò se esse commilitonibus tunc prodidit, cum inter preces assiduus pernoctavit. Debebat tam sanctas vigilias in milite laudare. Dux Persentinus & militaribus donis ornare; sed ille pium vigilem equuleo, verberibus & testarum fragminibus laceravir; itatamen, ut inter ea omnia tormenta canere etiam CALLISTRATO adlubesceret. Atque ut ne infacetè cecinisse putet, capti modulis delphini gemini, cum culeo insitus & undis mesus esset, tergo Ariona suum exceperunt, & littori plaudentes reddiderunt. Eo miraculo permoti milites alii **XLIX.** cum Christo nomen dedissent, vincit in mare præcipites acti sunt. Cum enatassent rectius instruendæ in novâ militiâ, denuò unâ cum CALLISTRATO pœcibus præda abjecti sunt. Sed vicere iterum undas, & victoriam cælum gratulatum est, quando coronam misit, quæ caput CALLISTRATI cinget. Quid expectas? in carceres abrepti, cæsi omnes in frusta sunt. Et hoc nimurum fuit, quod plebejâ morte desungi noluerunt. Iuvabat non integrlos, sed attuatim Christo periire. Nec poterant per minutas rimas exire ampla ostia, magna vulnera ingentes & militares animæ quærebant.

Ex Metaphr.

Christus, omnibus vita, omnibus via, omnibus jama est. Perge quo curris, ut apprehendas, in quo apprehensus es; enitere per angustum viam, ut pervenias in amplam possessionem hereditatis æternae. S. Paulin. epist. 31.

S.EL.